



Quæstionum, Et Resolutionvm Legalium Libri Duo

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, 1683

Cap. LXXIV. De alienationibus factis per Collegia Avenionensia, quod in eis requirantur solemnitates necessariæ in alienationibus bonorum Ecclesiæ, quæ tamen non sunt adhibendæ in concessione ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98367](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98367)

Quæst. & Resol. benefic. Cap. LXXIV. 125

tulum, præter illud beneficiorum, acquirere intendunt. Quia licet superius dictum fuerit, nullum juspatronatus in Ecclesiis regularium acquiri posse; hoc dictum fuit de iurepatronatus quoad effectum præsentandi religiosos, quod secularibus competere non potest. † Sed quoad alios effectus, nempe quoad jus honorificum, & præminentiam, aliosque similes actus; certum est iurepatronatus secularibus, in Ecclesiis regularium concedi posse, ut decidit Cavalier, decis. 265. numero 6. & 7. post Lambertin. lib. 1. part. 1. art. 7. undecima quæstionis principalis, num. 3.

20 Octavò, si hæres extraneus, qui non est de familia fundatoris, velit sua insignia inscribi facere, hoc facere non potest absque dubio, auferendo fundatoris arma: Lambertin. de iurepatron. lib. 3. quæst. 5. art. 4. num. 8. † Remanentibus autem armis fundatoris, non potest talis hæres extraneus arma propria apponere, nisi pluribus concurrentibus.

21 Primò, quod illius author fuerit simplex benefactor, qui arma sua de consensu religiosorum apponerit. Secundò, quod talis hæres, qui vult arma sua apponere, constituat etiam se benefactorem, & in Ecclesiam liberalitatem exerceat. Tertiò, quod inscriptio apponatur in memoriam fundatoris, & quod ista sint arma & insignia benefactoris. Quartò, quod nullus alius super sit de familia fundatoris. Quæ omnia copiosè deducit Lambertin. d. lib. 3. de iurepatron. q. 5. art. 4. num. 8. & per totum.

- nam, vel duas minus legitimas cum cursu 40. annorum.
- 6 Officium fuisse solitum concedi ad vitam, probari potest per testes.
 - 6 Concessio officij ad vitam facta per totum capitulum, revocari nequit: quia capitulum nunquam moritur.
 - 7 Prælati ardua negotia cum consensu capituli administrare possunt.
 - 8 Quando posterior concessio non est conformis antiquis, & præcedentibus, non est ideo annullanda, sed reducenda ad formam antiquarum.
 - 9 Clausula quoad vixeris, non alteratur per subsequentem clausulam, quamdiu benefeceris, vel per clausulam, ad beneplacitum.
 - 10 Officiales Baronum ad vitam provisi, non debent per Barones revocari.
 - 11 Barones sine causa officiales sic provisos removens, tenentur illis damna restituere.
 - 12 Officialibus sine causa remoris competunt remedia possessoria.
 - 13 Officia ad vitam alicui concessa vacare non possunt, nisi uno ex tribus modis, videlicet per obitum, renunciationem, vel delictum.
 - 14 Qui emit officium soluto pretio, habet regressum contra vendentem pro restitutione pretij, quamvis emptio scienter facta fuisset.

Rector & capitulum collegij concesserat officium gratiarum jurisdictionis à dicto collegio dependentis, & provilus fuerat immixtus in possessionem illius officij, tanquam vacantis per liberam dimissionem, seu cessionem ultimi illius possessoris, cumque de dictæ provisionis validitate, & irrevocabilitate ageretur; Censui provisionem validam esse, & irrevocabilem. † Quia licet in alienationibus rerum, & bonorum ad similia collegia pertinentium, eadem requirantur solemnitates, quæ intervenire debent in alienationibus rerum & bonorum Ecclesiæ: prout determinavit Bertrand, consil. 281. per tot. volum. 4. ubi in specie loquitur de quadam alienatione prati, quæ facta fuerat per collegium S. Nicolai de Annexiaco, vulgò magnum collegium præsentis civitatis Avenion. † Tamen illud procedit, quando agitur de alienatione bonorum immobilium collegij; secus est, quando agitur de collatione officiorum à collegio dependentium, in quibus non requiruntur dictæ solemnitates; cum eorum alienatio non sit perpetua, sed vacare soleant, & ad collegium reverti per obitum provisi. Rot. decis. 622. num. 9. lib. 3. part. 3. divers. Burat. decis. 24. num. 12. & 13.

Quod maxime procedit, quando hujusmodi officia solita essent ad vitam possidentis conferri, prout dicitur de re solita concedi in emphyteusim, vel feudum, c. 2. & ibi DD. de feudis. Possunt enim solita sic concedi, alienari sine solemnitatibus: Burat. d. decis. 24. n. 14. Rot. d. decis. 622. num. 10. lib. 3. part. 3. divers. quia ex eo quod dicta officia semel exiverunt de mensa capituli, si de novo concedantur, non dicuntur amplius alienari. Rota dicta decis. 622. num. 10.

Et licet Grat. disc. 167. n. 9. requirat hoc casu probatione consuetudinis legitime præscriptæ, etiam cum contradictione officiali collegij, tamen non videtur ejus opinio hoc casu procedere; cum contrariū sit intentioni Rotæ Rom. quæ vult ad hoc ut res aliqua dicatur solita concedi, alterum ex duobus sufficere, nempe vel unam concessionem validam & solemnem, quæ præcedat, vel saltem duas minus solemnem, cum cursu quadraginta annorum. Rot. divers. dec. 160. n. 5. part. 2. ubi dicitur hanc esse communem conclusionem.

L 3 Seraph,

CAPUT LXXIV.

De alienationibus factis per collegia Avenionensia: quod in eis requirantur solemnitates necessariæ in alienationibus bonorum Ecclesiæ; quæ tamen non sunt adhibendæ in concessione officiorum gratiarum à Collegio dependentium, quando solita sunt concedi ad vitam possessoris. Et quando constare dicatur de consuetudine concedendi ad vitam. Et de effectu harum clausularum, ad beneplacitum; vel, quamdiu bene feceris, & similibus; quæ non officiunt perpetuitati concessionis. Denique utrum resignatarius officij in casum evictionis, habeat regressum pro restitutione pretij contra resignantem.

SUMMARIUM.

- 1 In alienationibus bonorum magni Collegij Avenionensis adhibenda sunt omnes solemnitates requisite in alienatione bonorum Ecclesiæ.
- 2 In concessione officiorum ad vitam, non sunt observanda solemnitates requisite in alienationibus bonorum Ecclesiæ.
- 3 Quando res solita est concedi in emphyteusim ab Ecclesiæ, potest alienari & concedi sine solemnitatibus.
- 4 Si doceatur rem aliquam solitam esse concedi in emphyteusim, non est necessario probanda consuetudo legitime præscripta: sed sufficit probare, vel unam præcedentem concessionem legitimam.

Tom. I. Pars I.

Seraph. decis. 434. num. 1. & decis. 1451. num. 2. & decis. 1490. n. 3. & 5. & in recent. decis. 36. n. 7. part. 7.

5 Et quod plus est, sufficit probari per testes, quod dictum officium solitum sit concedi ad vitam, ut decisum fuit in eadem Rota d. decis. 622. num. 10. part. 3. lib. 3. quod solitum, cum bene in casu proposito probaretur, sequitur concessionem dicti officij ex defectu solemnitatum impugnari non posse.

6 Idque tanto magis, quia concessio illa facta fuit per totum capitulum: quod cum nunquam moriatur, concessio ad vitam valet irrevocabiler, quamdiu vivit provisor. Afflict. decis. 101. num. 2. versic. fallit nisi fuisset. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 11. numero 21. quos citat & sequitur Gratian. d. cap. 167. numero 10. † Et probatur ex traditis per Cardin. Zabarell. consil. 95. versic. quod autem ratione potestatis, ubi dicitur, Prælatum posse cum consensu collegij administrare quæcumque pertinentia ad Ecclesiam, etiam ardua, cap. novit, cap. quanto, & toto titulo de his que sunt à prelati.

7 Et quamvis in aliquibus ex antiquis concessionibus, ad sit illa clausula, *quandiu bene feceris, & fidelis eris*; & propterea ista ultima concessio non videatur valida, tanquam facta sub alia forma diversa ab antiqua, ad quam semper debet haberi respectus; tamen ad hoc dupliciter respondetur.

8 Primò, quod diversitas utriusque concessionis non reddit invalidam ultimam, sub diversa forma vel clausulis factam: sed hoc tantum operatur, ut ultima reducatur ad formam antiquæ, non tamen propterea redditur invalida, ut ex magis communis, & veriori sententia tradit Clar. in §. feudum, quest. 13. numero 7. versic. sed quid si alteret, & in §. emphyteusis, quest. 6. num. 2. versic. scias tamen.

9 Secundò Respondetur omnes officiorum concessionibus, tam novas, quam antiquas, continere clausulam illam, *quoad vixeris*, cujus natura non alteratur per adjectionem sequentis, *donec fidelis eris, & bene feceris*: quæ non impedit quominus officium censeatur concessum ad vitam: sicuti etiam clausula, *ad beneplacitum*, quæ tamen non impedit perpetuitatem concessionis officij, ita ut non obstantibus illis clausulis, officialis sine culpa revocari non possit: ut testatur Mart. de claus. part. 2. claus. 1. n. 1. & 4. Ozalc. decis. 144. num. 13. & seq. Francisc. de Ponte in tract. de potest. Proregis, tit. 3. de electione officialium, in princip. num. 5. & ibi Thor. in addition. fol. mibi 29. num. 5.

10 † ubi loquitur de officialibus Baronum, qualis erat Graffarius provisor à collegio tanquam Barone & Domino jurisdictionali. Fontanel. de pact. nuptialib. claus. 4. gloss. 10. part. 1. num. 146. & seq. Mastil. de magistrat. lib. 1. cap. 27. n. 16. & seq. & n. 42. ubi loquitur de Barone, † qui si revocaret officialem suum, teneretur ad omnia reparationem tam in foro conscientie, quam in foro contentioso: clausula enim huiusmodi, *donec fidelis & obediens eris*, solum continet admonitionem quandam ad bene & fideliter se gerendum in exercitio officij: ut dicit Fontanel. loco citat. & Joseph. Ramon. consil. 35. num. 4. Adeo ut sine

12 iusta causa dictus Graffarius removeri non possit: † & illi competant remedia possessoria pro manutenzione in possessione sui officij: cap. ex tenore, de restitution. spoliar. Cevallos com. opin. quest. 425. n. 19. ubi dicit † huiusmodi officia, quamvis ad beneplacitum concessa, non posse vacare, nisi uno ex tribus modis: videlicet per obitum, renunciationem, vel delictum in officio commissum: in quibus casibus antequam privetur possessor, audiri debet in suis defensionibus per remedia juris ordinaria, etiam possessoria.

13 Et in omnem eventum, casu quo dictus Graffarius

sine culpa sua removeretur: Dixi illi competere actionem contra resignantem, saltem pro restitutione pretij, cui semper locus est; quamvis resignans solum promississet pro suo dato & facto tantum: & quamvis emptio fuisset facta à sciente, multò igitur magis, stante expressa conventionem de restituendo pretium, Surd. consil. 36. numero 22. Man. g. 1. de evict. quest. 57. numero 3.



CAPUT LXXV.

De resignatione mutua duorum beneficiorum, quæ tamen in effectu mera est permutatio; utrum sit illicita, dum partes non exprimunt id fieri animo permutandi; quamvis inter se de permutacione tractaverint. Et quod resignatio sit valida ea intentione facta, ut alicui, puta amico, vel alteri beneficium conferatur, etiam si talis amicus Episcopo nominetur, aut alteri collatori; dummodò nulla apponatur clausula, vel conditio necessitatem collationis importans.

SUMMARIUM.

- 1 Contractus do ut des, non est licitus, etiam si deus spirituale pro spirituali.
- 2 Licetum est alicui beneficium simpliciter resignare eo animo, ut collator illud alteri conferat, dummodo nullum fiat pactum.
- 3 In iis que ex sola Ecclesia constitutione prohibita sunt, non sufficit sola voluntas, nisi cum interveniat pactum.
- 4 Non est simonia, si quis mandatum faciat ad habere resignandum, & ad rogandum collatum ut tali beneficium conferat.
- 5 Verba illa, ad petendum & supplicandum, non important necessitatem conferendi.
- 6 Resignans libere potest significare collatori cuiuslibet beneficium resignatum conferri.
- 7 Non est necesse quod dum beneficium resignatur animo permutandi, exprimatur quod resignatio sit ex causa permutacionis.
- 8 Permutantes debent mutuo resignare: & tractare possunt de mutuo resignando: & hoc etiam casu, licet non fuerit illud expressum in resignatione, valet resignatio: & secuta eversione beneficii, secundo adepti, licet redire ad primum.

Suppositum fuit in facto, Titium fecisse mandatum ad resignandum certum beneficium pure & libere in manibus Ordinarij, qui de illo preerat Sempronium; & eadem die Sempronius fecit mandatum ad resignandum pure, & libere aliud beneficium quod possidebat, in manibus Illustrissimi Domini Vicelegati, qui illud contulit Titio. Unde dubitatum fuit, utrum in illis provisionibus preestatur intervenisse pactio illicita, aut simonia necesse cum videatur adesse corresponsivitas, & velut quædam contractus innominatus, do ut des, † qui non est licitus, quamvis deus spirituale pro spirituali. Pet. de resig. benef. lib. 14. quest. 4. num. 3. ubi dicitur